Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26237
Copyright: Admont, Benediktinerstift

nem non habentes. Ex. xi. de genesi ad litteram. quomodo diabolus

Non est permissus locutus est in serpente.

Non est permissus diabolus temptare feminam nisi per serpentem nec virum nisi per feminam. Sed in serpente locutus est utens eo veluti organo movensque eius naturam eo modo quo movere ille et moveri illa potuit ad exprimendos verborum sonos et signa corporalia per que mulier suadentis intelligeret voluntatem. Ergo locutus est serpens, sicut asina in qua sedebat balaam. nisi quod illud opus fuit diabolicum, hoc angelicum.

Eiecto sanguine. Contra faustum de confessione.

Eiecto sanguine iubentur manducare neutra pistina. quasi suffocata in conscientia teneatur, sed habeat tamquam effusionem per confessionem.

Maledictus omnis qui pendet in ligno. Previdit moyses iustos in cruce futuros, sed bene previdit hereticos mortem domini negaturos. volentes ab hoc maledicto christum seiungere. ut a morti eius vita te se iungeret. Volo hoc quidam deinde intelligere quasi noverint utrum ex lapide an ex ligno se suspenderit. sed moyses hoc intellexit de christo quod maledictum suscepit pro nobis. De salemone.

Iam vero de salemone quid dicam, quem vehementer arguit sancta scriptura atque condempnat. nichilque de penitentia eius vel in eum dei indulgentia dicit omnino commemorat. Nec mihi prorsus occurrit quid salute boni in allegoria figuret hoc eius flenda submissio. nisi forte quod dicat mulieres alienigenas quarum amore exarserat significare ecclesias de gentibus electas. Posset hoc fortasse non absurde intelligi. si ille propter salemonem desereret deos suos et coleret deum eius. Cum vero ipse propter illas offenderit deum suum et coluit deos earum. non quod in bono coniectare possimus, est.

Nec tamen nichil arbitror significare. sed malum sicut de uxore filiabusque loth. Apparet enim in persona huius salemonis mira excellentia et mira subversio. Quod autem in illo extitit prius bonum posterius malum, hoc in ecclesia uno tempore ostenditur. Nam bono illi bonos, malo autem malos significatos puto sicut in unitate unius arce bonos in granis, in paleis malos. in unitate segetis bonos in tritico ma